



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Cap. IV. De cognatione spirituali, quæ oritur ex Baptismo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

quid tunc dictum à Theologis fuerit, prorsus ignoro.) quia puto esse probabile, Christianos posse licite red- dere Infantes non baptizatos, accepto pretio, à paren- tibus oblato.

Primo, propter maiorem libertatem, & honorem Re- ligionis nostræ, & baptismi reverentiam.

Secundo, quia videretur Ecclesia uti mediis fere vio- lentis, & valde extrinsecis ad fidem propagandam.

Tertio efficacius, quia infideles etiam retinerent in- fantes Christianos captivos, si ipsi negari suos Infantes, præterim adeo ab iisdem expetitos, experirentur.

Quarto, quia Dominus subiret onus illos alendi, & educandi, nec eos vendere regulariter posset, quò pacto essent magno sumptui, & labori iis, qui in illos domi- nium habent: Caritas vero non videtur cum tanto incommodo, & onere obligare, dum infans non est in extrema necessitate, hoc est in articulo mortis constitu- tus. Ita Suar. apud Bon. mox citandum. Quod si in hoc, il, qui remittunt, videantur cooperari cum peccato Infide- lium Parentum, tamen excusantur, quia ex una parte vendere, seu restituere Parenti, filium, non est res in- trinsecè mala, & ex alia, satis prædicta incommoda vendentem excusant, & sic mala sequentia merito solis parentibus Infidelibus imputantur.

8. Quæ dixi, didici ex Suar. Henric. Vafq. & aliis quos citatos, sequitur Bon. d. 2. de bapt. q. 3. p. 6. num. 14. Ceterum huic sententiæ G. Hurt. dist. 3. de bapt. diff. 5. res. Ita tamen. Non videtur assentiri, absolute enim edicere, ex Misericordia teneri Dominum, ad non resti- tuendos Infantes parentibus Infidelibus.

9. Post hæc præscripta incidi in Castrop. de Bapt. d. 1. p. 6. n. 20. qui sic habet. Præterea consuetudine in- troductum est, super parvulos Saracenorum, immo Hæ- reticorum, captivos vendi, & restitui parentibus, nullo collato Baptismo, ne ab ipsis Catholicorum filii deti- neantur, cum gravi Apostasie periculo.

§. III. De Baptismo Adultorum, ubi de obligatione, quam habet Adultus baptizandus, sciendi Mysteria, & Præcepta Fidei.

1. Cum adultus in Religionis electione sit maxime sui iuris posse, imò & debere, quibuscumque contradicentibus, baptizari, nimis est certum. Solum igitur hic agamus de dispositione, quam ad Baptismum adire debet: quæ certe quatuor importat.

Primo, intentionem suscipiendi hoc Sacramentum. Secundo, actum saltem Attritionis, quo à se remo- veat obiectum peccati.

Tertio, cognitionem Mysteriorum Fidei.

Quarto, similem cognitionem Præceptorum ab ipso deinceps servandorum.

Quoniam vero de primis duobus alibi dictum est fa- tis lib. 1. de Sacram. in genere, nunc breviter de Tertio, & Quarto aliquid delibemus.

1. Quoad Tertium, ergo. Extra mortis articulum, esse mortale, Adultum aliquem baptizare, vel finire, se baptizari, nisi pto sua capacitate cognitionem habeat Mysteriorum Fidei: nam ea debet credere, iuxta illud Matth. 11. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit. At credi non potest id, quod nescitur.

2. Ea vero, quorum cognitio necessaria est, sunt. Quod Deus sit unus, & trinus Pater, & Filius, & Spi- ritus sanctus, Quod idem Filius Dei, ut nos salvaret fa- ctus sit homo, mortem sit passus, resurrexerit, vivatque nunc gloriosus in Cælo, venturūque sit in mundi fine, præmium æternum, hoc est beatam vitam Bonis, & Fi- delibus redditurus, æternam pœnam Malis: ad quam beatam vitam pervenire non possumus sine fide, & abs- que observantia præceptorum Christi. Quæ omnia de- bet Adultus credere, tanquam à Deo, qui fallere, nec falli potest, revelata. Debet item credere per baptis- mum, se obtenturum gratiam, & amicitiam Dei, ut ni- micum sciens, & prudens, se, saltem ad Attritionem

Part III.

disponat, illamque velit. Rectè autem notat Quintanad- venas de Baptism. sing. 1. §. 5. num. 4. in intentione baptis- mum suscipiendi involui hoc ultimum; intentio enim suscipiendi baptismum nulla esset, si baptismi effectus, & est amicitia, seu reconciliatio cum Deo nullo modo cognosceretur.

4. Quo ad Quartum. Quia quilibet tenetur scire obli- gationes sui status, & professionis, ideo debet baptizan- dus, tum Præceptorum Decalogi, tum Ecclesiæ, saltem in genere, cognitionem habere. Quare qui extra ne- cessitatem baptizatur Adultum, sine horum instructione, peccat mortaliter; ut fusc docet Sanchez lib. 2. in Decal. c. 3. n. 24. sine.

5. Quamvis autem tantummodo prædicta sint, pro suscipiendo Baptismo, necessaria: tamen urgeat Instru- ctor, ut baptizandus sciat alia Mysteria, sciatque Sym- bolum Apostolorum, Orationem Dominicam, Saluta- tionem Angelicam, & decem præcepta, aliaque quæ de præcepto scienda sunt à Fidelibus, quæque enumerat ibi- dem Sanchez, & nos breviter collegimus lib. 2. in Decal. cap. 2. §. 1. Nam post susceptum baptismum facile negli- gi deinde solet horum notitia.

6. Dixi num. 2. & 4. extra necessitatem mortis per- iculum. In necessitate enim sine prædictorum scientia, sed tamen, quando potest, cum generica voluntate, cre- dendi, quæ credit Ecclesia, posse licite baptismum con- ferri, ac suscipi ab Adulto consentiente, omnes ut Ioan. Sanch. in select. d. 44. n. 41. & Leand. de Baptism. d. 5. §. 24. supponimus.

7. Illud denique hic præterire nolo. Tametsi quili- bet, ut colligitur ex dictis §. 1. obligetur baptizari sta- tim, ne se exponat periculo moriendi sine baptismo, & ut valeat in decursu suæ vitæ cætera Sacramenta susci- pere, tamen si forte quis damnatus ad mortem sit Infi- delis, & convertatur ad Christum, poterit differri ejus baptismus usque ad locum patibuli, ut sic securius salu- tem nascentur. Ita contra Ioannem Sanchem, Quinta- nadvenas de Baptism. singul. 2. §. 3. id pluribus probans. Qui addit, hunc recenter baptizatum non posse suscipere Eucharistiam. Sed nos cum eodem Ioan. Sanch. posse docuimus in Opusc. de Commun. c. 5. §. 5. & quidem eod- dem die, & sufficere unam horam ante mortem. Nam pro- pterea ad facilitandam hujus casus praxim, sic corrigere prædictam Quintanadvenas doctrinam, ut hujus mori- turi baptismus differatur usque ad ultimum diem, atque in illo baptizetur, & post instructionem de Mysterio Eucharistie, ante aliquot horas mortis communicetur.

CAPUT IV.

De cognitione spirituali, quæ oritur ex Baptismo.

§. I. Proponuntur ea, quæ sunt deinceps explicanda.

1. Præmittendum est Primo, Patrinum vel Matrinam esse eum, vel eam, qui, vel quæ spondet, se habitum Paternam spirituales curam ejus, qui baptismum est recepturus, in instructione rerum Fidei. Spondet au- tem tacite, quando baptizatum suscipit, & iam si nihil respondeat. Hæc autem susceptio, vnde Patrinus susce- ptor appellatur, & Matrinx susceptrix, duplici consuevit modo præstari, vel scilicet baptizandum tenendo cum baptismus administratur, vel eundem suscipiendo, à ma- nibus baptizantis, immediate post baptismum. Vide quæ dicam §. 4. n. 1.

2. Petes. Solemniter baptizare sine Patrinò (sub hac voce semper intellige, vel Matrinam) mortale est?

Respondeo. Probabilis est esse mortale. Vide Leand. loco mox citando, (ut etiam diximus in Confirmatione) quia sit in re gravi contra præceptum Ecclesiæ. Esto Possessivus apud Leandrum d. 7. de Baptism. quest. 2. dicat non esse mortale, quando parentes sunt Catholici; & esto, Archangelus apud eundem dicat esse de congruentia

B 3 Dixi,

Dixi *solemniter*, nam in Baptismo privato, licet admitti possit, non tamen id esse de obligatione, non ignoramus cum Suar. *de Sac. quest. 67. de Bap. n. 8.*

3. Premittendum secundo, ex ritu seu ceremoniis Baptismi, ut etiam Confirmationis, oriū inter personas quæ in illo concurrunt, cognationem spirituales (quod est unum ex impedimentis Matrimonium dirimentibus) hoc est, illas personas, nisi dispensationem obtineant, invalide inter se Matrimonium contrahere.

4. Ea autem multipliciter olim oriebatur in iure antiquo, hodie tamen à Tridentino *Sess. 24. c. 2. de Ref. arr.* & late Sanch. *lib. 3. matr. d. 54.* ad quatuor dumtaxat Classes personarum restricta est. Nam Primo contrahitur à Baptizato vel Confirmato cum Baptizante, vel Confirmante. Secundo, ab eodem Baptizato vel Confirmato cum Patris, vel Matrino, & utraque hæc appellatur Paternitas. Tertia contrahitur à Patrino vel Matrino cum Patre, & Matre Baptizati, vel Confirmati. Quarto à Patre & Matre Baptizati, vel Confirmati cum ipso baptizante: & utraque hæc Comparernitas appellatur.

5. Quoniam autem de prædictis valde quidem minuta, sed certe necessaria passim afferunt Doctores, ego, ne confusa evadat tractatio, ea omnia ad tria capitula reducam.

Primo, Quenam persona potest esse Patrinus?

Secundo, Quenam administratio Baptismi requiritur ad ejusmodi cognationem spirituales pariendam?

Tertio, Quenam tenendi, seu suscipiendi actio?

§. II. *Quæ Persona esse Patrinus possit; Vt sit rationis compos.*

1. **A**D exercendum munus Patrini, cognationemque contrahendam, requiritur Primo, ut is usu rationis potiatur. Non ergo infans, non mente captus, non ebrius; debet enim voluntarie velle, facere id, quod instituit Ecclesia: id est, intentionem habere debet exercendi munus susceptoris: secus, solum materialiter teneret baptizandum; commoditatis causa, v. g. non vero exerceret sacram actionem ab Ecclesia institutam.

2. Non requirit determinatam ætatem, nec, ut sit ætate grandior, quam baptizandus, communis docet opinio cum Sanchez *lib. 7. matr. d. 61.*

Vt sit Baptizatus.

3. Requiritur secundo, ut sit Baptizatus, Quare Gentilis, imo & Cathecumenus, etiam si teneret Baptizandum cum intentione quacunque, & etiam si in aliquo casu aliquem cum debita intentione solemniter baptizaret, non contraheret cognationem ullam, & consequenter nec alii cum ipso. Ratio est, quia hæc lex cognationis profecta est ab Ecclesia, cui non subiacet Gentilis, vel Cathecumenus. Idque verum est, etiam si postea ille Baptismum susceperet: quod enim initio irritum est, tractu temporis non convalescit. Ita Sanchez *lib. 7. matr. d. 60. num. 11.* aliique contra Toletum *lib. 2. sum. c. 23.*

4. Inquis per hanc occasionem, An pari modo requiratur, ut sit Confirmatus ille, qui confirmandum suscipit in Confirmatione?

Respondeo, requiri ex probabiliore sententia, sic enim habetur in *Iure cap. In Baptismate d. 4. & Pontificale Clem. VIII. hic.* Unde sequitur, ut referunt Suar. Coninch. Sanch. cum Leandr. *de Conf. d. 5. quest. 5.* non contrahere cognationem spirituales eum, qui non confirmatus aliquem teneat in Confirmatione. Ratio est, quia in Pontificali dicitur, ut non confirmatus non possit alium suscipere; Illud autem, non possit, hic satis probabiliter non solum videtur ostendere id illicite fieri, sed etiam invalide. Cognationem tamen contrahere est etiam probabile, saltem propter doctissimos Auctores bonæ ratione motos, id affirmantes: ut videre est in Soto,

Navarr. Rodrig. Nald. apud eundem Leandr. *loc. cit. de Confirm. 7. n. 5.*

5. Illicite mortaliter? Respondeo, Non mortaliter hunc condemnare, quia res non videtur per se vis, sed venialiter dumtaxat scio Suar. *3. p. 1. q. 10. sine.* docere, esse id illicitum mortaliter. Sequor S. Th. 3. p. 2. quest. 72. art. 10. quem sequitur D. 3. p. 2. q. 4. ref. 21. & Quintañal. *de Conf. d. 5. quest. 4.* videtur non cognoscere in hoc mortalitatem. Approbo tamen sententiam Leandr. *loc. cit.* de utramque opinionem esse probabilem.

Ne sit Hæreticus.

6. Requiritur Tertio, ut Patrinus non sit Hæreticus. Et quidem est illicite graviter esset Patrinus, cum sit aptus ad instruendum puerum in recta Fide: ceterum, quia est Baptizatus, unde subicitur leges Ecclesiæ, contraheret Cognationem spirituales cum baptizato ejusque Parentibus, ut cum Sanchez. *de Bap. disp. vn. p. 11. §. 1. n. 7.*

Melius autem erit Baptismum solemnem sine Patre celebrare, quam cum Patrino Hæretico, si Catholico prælo esse non possit.

7. Si forte à te Sacerdote Catholico petat Patrem ejus Filium baptizes, sed velit, ut admittas Patrem Hæreticum, non licebit tibi illum admittere, si pater non admitti sine aliquo tuo gravi detrimento: Nondum grave tibi rationabiliter times, ut etiam tineretur Filius adducendus ad Sacerdotem Hæreticum admittendus esset, secundum Castrop. *loc. cit.* qui committeretur minus malum ad evitandum maius, & cui parte non est credendum, Ecclesiam in prædictis cumstanti aliter velle.

8. Et in simili quidem necessitate concedo item id te posse esse Patrinum in Baptismo, qui confertur à Hæretico, sed addere debes Protestationem, quod baptizes, te suscipere ad ritum Ecclesiæ Romanæ, ut videris committere cum Hæretico, & obligare ad instruendum Infantem more illius Hæretici baptizandi quod esset grave delictum.

Vt sit unus; vel unus, & una.

9. Requiritur Tertio ex Tridentino *Sess. 24. c. 2. de form. Matr.* ut unus tantum, siue vir, siue mulier, sit summum unus, & una designentur tanquam Patrinus autem plures designentur, peccati mortaliter, aliter Leandr. *de Bap. d. 7.* qui tamen citat Thomam Suar. *lib. 7. de matr. disp. 5. n. 6.* Perez & Leyra. apud Diana *p. quest. 7. art. 7. res. 2.* existimantes esse veniale. Nondum item Castrop. *de Bap. d. un. p. 11. §. 2. num. 1.* & alii nihil dispensare Episcopum posse. Denique idem Tridentinum addit, ut, si alii ultra designatos tetigerint, illi tenuerint baptizandum, cognationem non contrahunt.

10. Duos coniuges, Maritum scilicet, & uxorem, sint unus, & una, non posse suscipere alienam prolem, quia id prohibet Urbanus II. sed sub venialiqua materia, putat Suar. *q. 67. de Bap. art. 8. ver. 2.* Explicat, quod probabilius est ex Sanchez, posse, etiam sine venialiqua, vel id non prohibet Urbanus, vel ea Constitutio non est usu recepta.

An iidem possint suscipere propriam prolem, non separatim à n. 16.

Vt sit designatus.

11. Requiritur Quarto id quod modo infirmum est, nempe, Patrinum debere esse designatum.

12. Sed ad quem pertinet designare? Respondeo, Parentes primo & per se seu ad eos, quibus incumbit probare, ut quis baptizetur, & in horum defectum, ad patrimum. Quando autem omittitur, ejusmodi designatio omnes, etiam non designati, secundum ius antiquum tenebant, etiam successive, baptizandum, contrahentem

cognitionem, verum hodie, post Tridentinum probabilis est, teste Sanchez, l. c. num. 10. neminem contrahere, quia nemo est verus Patrinus, cum tanquam de forma substantiali Tridentinum requirit ejusmodi designationem.

13. Quid si simul designentur plures, quam unus, vel unus & vna, & Parochus illos admittet (certè illicitè mortaliter, ut dixi num. 9. ex sententia Leandri, & mortaliter ex Sanchez) contraherent omnes cognitionem.

Respondeo, Omnes, ait Sanchez lib. 7. de matr. d. 57. num. 14. Adde cum multis Leandr. de bapt. d. 7. q. 9. quia omnes jam sunt designati. Sed probabilis iudicio neminem, quia tunc deficit alia conditio, quæ est etiam substantialis quæ Tridentinum voluit unum Patrinum, vel ad summum, unum, & vnam. Hanc posteriorem sententiam probabilem dicit Suar. de sac. ad q. 67. art. 8. et explicat, & ad illam valde idem videtur propendere, licet denique asserat, non esse consulendam. Sed immo merito consilium pro ea dare Suar. timet: valido enim fundamento hæc sententia innititur, cum si is Tridentini clarissime fuerit, hæc cognationes spirituales valde diminueret: lege diligenter prædictum Tridentini locum § 14. cap. de ref. matr.

14. Dixi (si simul designentur) nam si designati sint successivè ille unus, vel ille unus, & vna solum contraherent, qui prius fuerint designati; illi enim fuerunt certè legitimi, qui vero postea, illegitimi.

15. Si quis se ingerat ad hoc munus, & Parentes, vel Parochus non reiciant, iudicari debere designatum, docet Diana, l. 7. r. 7. § 10. ex Castro. Ego id tunc solum concedo, quando Parentes vel Parochus facillè possunt eum reicere, & tamen non reiciunt, tunc enim tacitè admittunt, præta limitationes, quæ Regulæ illi dari solent, Qui tamen consensit videtur.

Ne sit Pater vel Mater.

16. Requiritur Quinto, ut Patrinus vel Matrini non sit Pater, vel Mater. Parentes enim non possunt esse Patrinus, vel Matrini. Excipit nisi ad sit necessitas (ut de Patre baptizante suum Filium in simili necessitate dixi c. 2. § 1. n. 8.) ea enim existente sicuti certo non peccant, ita nec contrahunt cognitionem, nec privantur jure petendi divitiarum conjugale, illudque obligantur reddere. Ita Sanchez, l. 9. de matr. d. 26. n. 3. Addunt multi, ut Leandr. cum Naldi, d. 4. de Baptism. quest. 32. & d. 7. q. 1. etiam si tunc adessent alii extranei, qui possent esse Patrini.

17. Extra necessitatem ergo Parentes suum Filium facient a fonte suscipientes, certo peccant mortaliter, quia in re gravi discedunt ab Ecclesiæ legibus: id quod docent omnes cum Suarez l. c. an vero tunc contrahant cognitionem, & consequenter priventur jure petendi, non omnes docent.

Contrahere putat Layman lib. 1. r. 10. de sac. pœnit. c. 8. n. 8. cum aliis. Non contrahere cum aliis putant Suarez 2. p. q. 67. art. 8. v. Quo circa, & G. Hurt. d. 10. de matr. diff. 6. n. 24. Lege Averlani q. 16. de matr. s. 2. Vtrique probabiliter. Hos tamen secuti sumus supra c. 2. § 2. n. 10. & Horradum in simili propter rationem ibi dem dictam, quæ est communis præsentis intentioni. Et nota nosdem infra de Confirmatione lib. 3. cap. 4. n. 8.

18. Dictum est autem (scilicet.) Nam si Parentes ignorent prohibitionem hanc, excusantur à peccato, & etiam ex Laym. ejusque sententiæ sectatoribus non privantur jure petendi. Hæc enim privatio hic est pœna inflicta Parentibus agentibus contra prohibitionem Ecclesiæ: pœna autem saltem extraordinaria non contrahitur, si non contrahitur delictum, cui ejusmodi pœna conuenit à Legislatore fuit.

19. Naldi v. Baptismus, n. 1 §. excusat à peccato Patrem tenentem à Sacro Fonte suum Filium, ex cognatione, quam sic contrahit cum concubina, absteineat ab

ipsius consortio. Ratio posset esse, quia in hac causa validis rationibus præsumitur Ecclesiæ suspendere prohibitionem ne Pater suam sobolem suscipiat. Verum cum vestigium nullum videatur iure hujus excusationis, aliæque remedia sint in promptu pro abstinentia prædicti consortij, Naldi Doctrinam sequi, non audeo.

Ne sit Religiosus.

20. Requiritur Sextò, Ne Patrinus sit Religiosus, vel Religiosa, is enim prohibetur, esse Patrinus, c. Non licet de Consecr. d. 2. & alibi. Si tamen sint, contrahent cognitionem, quia per dictam prohibitionem non sunt inhabiles ad suscipiendum.

21. Notat enim Quintanadv. de Bapt. sing. ult. id fortè non prohiberi, nisi Monachis, non vero Religiosis omnibus, & quidem non nisi sub levissimo veniali, à quo excusat quælibet causa, qualis est petitio aut devotio Patris: id quod idem doctè probat.

An Frater, vel Soror.

22. De hoc dicam, cum de Confirmatione l. 3. cap. 4. num. 18.

Obligatio Patrini.

23. Ad Personam Patrini, de qua hic agemus, pertinet obligatio, quam ipse, per hanc suscipiendi cærimoniam, subit. Obligator autem instruire Baptizatum in sana Fide, ac moribus Christianis. Quæ tamen obligatio non urget, nisi in tempore necessitatis. Quoniam igitur hæc necessitas inter Christianos vix adest, quia communiter supponitur illum instrui à Parentibus, vel à Parocho, quibus profecto hæc cura magis incumbit. Idem communiter Patrinus (ut notat Henriquez lib. 2. cap. 14. n. 1. aliique passim) excusabitur.

§ III. Quam Baptismi Administratio, dictam cognitionem pariat.

1. Sane solemnis, quæ scilicet publicè fit cum ritibus ab Ecclesiâ institutis, quæ nos supra c. 2. § 3. n. 2. enumeravimus.

2. In privato ergo baptismo jam dixi supra § 1. n. 2. non esse opus, posse tamen adhiberi Patrinum. At vero est controversum, an si adhibeatur, contrahat is cognitionem spirituales, sicuti quando adhibetur in solemnem.

3. Ad hanc quæstionem, ut supra c. 2. § 2. n. 7. cum Coninch. d. 3. d. dub. 2. n. 39. indicavi, aliqui affirmativè respondent, negativè aliqui, ut Quintan. & Sanchez, quos citat sequiturque Dian. 3. r. 4. ref. 18. & inclinat Suar. 3. p. q. 63. art. 8. & G. Hurt. de matr. d. 18. diff. 6. Affirmantiû ratio ducitur à paritate cum baptizante, nam ex claris iuribus baptizatus etiam privatim contrahit, ut ibidem diximus, dictam cognitionem cum baptizato, ejusque Parentibus, ergo contrahet etiam suscipiens.

4. Sed negantium ratio est, quia lura hæc cognitionem inducunt in suscipiente, solum loquuntur de suscipiente in Baptismo solemnem, non ergo extendenda ad suscipientem in privato. Paritas ergo adversario, um facillè solvitur. Nam jura de omni baptizante loquuntur, etiam de Fœmina, dum absolute dicunt baptizantem contrahere cognitionem, at cum dicunt Susceptorem contrahere cognitionem, non loquuntur absolute, sed dictam cognitionem adnectunt suscipienti ex instituto Ecclesiæ. Cum ergo qui suscipit in privato Baptismo, non suscipiat ex instituto, sed ex voluntate propria, de illo non loquuntur Jura. Ergo cognitionem is nequaquam contrahet.

5. Quando in Ecclesiâ supplentur solemnitates ejus Baptismi, qui urgente necessitate, privatim collatus fuit, tunc is qui suscipit, non fit verus Patrinus, quia verè non est susceptor in Baptismo.

6. Superasset dicere de Patrino, in Baptismo conditionato. Verum de hoc sufficit *supr.* c. 1. §. 8. n. 2. adnotasse, ipsum in baptismo quod confertur sub conditione, non necessario adhiberi, posse tamen: cum verò adhiberetur, cognationem spirituales illam nequaquam contrahere.

§. IV. *Quanam alio suscipiendi, quoque intento, ad inducendam hanc cognationem requiritur.*

1. Diximus §. 1. n. 1. duplici modo hanc susceptionem exhiberi posse. Vt scilicet tenendo baptizandum, dum baptizatur, vel illum immediate accipiendo à baptizante post baptismum. Et merito ita dictum est. Nam iura videntur his loquendi modis, puta tangendi, levandi de Sacro Fonte, tenendi, suscipiendi, & similibus. Non ergo sufficit sola assistentia, nec responsio ad Catechismum, quam Sacerdos recitat: imò hanc responsionem non esse necessariam ad præstandum munus Patrini, rectè notat cum communi Sanch. l. 7. de matr. d. 56. num. 10.

2. Præterea recolendum est, quod dixi *supr.* §. 2. n. 1. hanc actionem debere fieri cum intentione exercendi munus Patrini, & quidem satis est implicita, qualis est intentio faciendi, quod alii faciunt, vel quod intendit Ecclesia; sed non est necesse, ut interveniat intentio contrahendi cognationem spirituales, hæc enim necessariò consequitur ad munus Patrini, etiam si tu illam contrahere renuas, quia tua voluntas removere non potest illud quod Ecclesia muneri Patrini, ab se instituit, connexit.

3. Hinc solvitur illa quæstio, quam ad me quidam nuper attulit. An si quis teneat baptizandum, habeat tamen expressum animum, non contrahendi cognationem spirituales, nihilominus contrahat?

Distinguendum dixi diligenter esse: Si enim animum habeat nolendi esse Patrini, & solum materialiter baptizandum tangat, non contrahet cognationem. Ita Castrop. de bapt. d. vii. p. 1. §. 2. n. 4. quia sic non exercet munus Patrini, nec Patritus fit: in quo tamen casu addidi, probabilius esse, hunc peccare mortaliter, quia, ut *supr.* §. 1. n. 2. dictum est, probabilius est mortaliter peccari ab omittente Patrini in baptismo solemniter. At vero, si habeat animum exercendi munus Patrini, ut rectè habere debet, cum tunc jam fiat Patrini, fit consequenter conjunctus cognatione spirituali, etiam si ipse illam nolit, quia cognationem spirituales affixit Ecclesia ipsi muneri suscipiendi, ut dictum est independentem à voluntate susceptoris.

De errore in suscipiente.

4. Quid si quis per errorem suscipit Titium v. g. putans, atque adeo intendens suscipere Cajum contrahere cognationem cum eodem Titio, ejusque Parentibus?

Respondeo, Sanch. lib. 7. de matr. d. 58. n. 7. Laym. lib. 5. tr. 10. p. 4. cap. 8. n. 6. alique docent cognationem cum Titio, nequaquam contrahere. Sed Pontius, Coninch. Dian. quos citat, sequiturque Leand. d. 7. de bapt. q. 28. Castrop. l. c. n. 5. alique cum Leandro docent contrahere, qui, error, inquit Leander, non impedit Fidejussoris, & Patris spiritualis officium. Verum hæc ratio nihil habet efficaciz. Dicit enim merito Sanchez neminem intendere, se obligare alteri, nisi aliquo tandem modo velit, se illi obligare. At prædictus, qui per errorem operatus est, nullo modo voluit se obligare Titio, nec ut Fidejussor, nec ut Pater spiritualis, ergo, &c.

5. Obiicit Castrop. l. c. Valide baptizatur is, quem mi-

nister Baptismi alium esse putat, vel quem putat esse Titium, cum sit puella, quia intendit baptizare Titium. Ergo valde suscipitur is, quem suscipiens esse putat.

R. respondeo. Si prædictus Susceptor operatur per errorem, vel si suscipere præsentem quicumque sit cognatio. At licet in conferendo Baptismo, regulariter Minister velit præsentem baptizare, & ita obligare, ne incertitudini subiacet collatus baptizatus, in Susceptore non ita fieri solet, nam Susceptor v. g. vult suscipere, & non Titium, & ita colligitur, regulariter ex communiter contingebat? Solent enim pro Cajo fortè filio viri nobilis, & amici proprii opus suum, non pro Titio, fortè ignobili, & non nobili, Sicuti ergo in Matrimonio error personarum illud non dat, quia Petrus v. g. invalide matrimonium contrahit cum Berta, si ipse volebat contrahere cum Maria, inquam, hanc voluntatem mutavit, in calu suscipiendi, &c.

De suscipiente per Procuratorem.

6. Hanc actionem levandi posse fieri per Procuratorem vel Procuratores, certa, & quotidiana prædicta addit, quando Patrinus dicitur tangere, non per se, sed per alium, legitime tamen à se constitutum.

Illud est decernendum, quisnam contrahet cognationem, an principalis, qui Procuratorem ad suscipiendum constituit, an ipse Procurator constitutus?

7. Et quidem quod Procurator non contrahat, ipse non agit suo nomine, sed alieno, jam dictum est, Sacra Congregatione, apud Pont. l. c. c. 1. de matr. Barb. de off. Par. c. 18. n. 15. & apud Sanch. l. 7. de matr. d. 59. num. 12. esto Tolerus apud eundem Pontium per Procuratorem contrahere.

8. At verò, an contrahat ipse principalis, baptizatus est Sanch. l. c. n. citans Iurisperitos cum Iurisperitis negativè respondet: quare docet à susceptione per procuratorem à nemine contrahere cognationem, non à Procuratore propter rationem non præcedente dictam; Non à principali, quia cognatio est annexa actioni levandi personaliter, non per personam personaliter non levat, ergo, &c.

Pontius verò l. 7. de matr. c. 39. n. 10. alios citans, Coninch. d. 3. n. 40. Perez d. 29. de matr. s. 7. n. 2. cum multis Theologis respondet affirmativè, docetque cognationem contrahi à principali. Ratio est, inquit, quia Ecclesia concedit hanc susceptionem fieri per Procuratorem, quod certè non inaniter, seu inutiliter conceditur. Ergo cum effectu cognationis spiritualis inducitur, & cum obligatione instruendi, modo supradicto, baptizatur. Et sanè quis dicat Ecclesiam præcipere, ut adhibetur Patrinus in Baptismo, idque tam rigorosè, ut per omisso sicuti supra vidimus, ex probabiliori sententia mortalis, & tamen eandem Ecclesiam concedere, ut ipsi non adhibeantur? Idem enim esset, Patrinum non adhiberi, atque adhiberi per Procuratorem, si neminem cognationem, & obligationem instruendi contraheret.

Profecto Pontium hic sequor, non Sanchez.

CAPUT V.

Pena malè, vel bis baptizantis, Remissio.

DE his planè dicam in libro de Irregularitatibus, & Favente Deo.

DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS. LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

De Materia, & Forma Confirmationis.

SACRAMENTVM Confirmationis, quod est *Unctio Chrismales consecrati, facta ab Episcopo sub prescriptis verbis, Confirmans Fideles ad Christianam fidem catholice tenendam, habet suam materiam, & formam, de quibus dicemus, quæ sunt scitu necessaria, mox cetera ad hoc Sacramentum pertinentia breuiter prolecuri.*

§. I. Materia remota.

1. **Chrisma** confectum ex oleo simul, & Balsamo benedictum ab Episcopo Consecrato, est materia remota confirmationis. Vide *C. literis vestris de consecrat. d. 3.*

1. Dicitur Primo, ex Oleo nempe Olivatum, Quare sub pena nullitatis Sacramenti non apponetur Oleum ex nucibus, ex piscibus, ex semine lini, ex amygdalis, &c. quia hæc non sunt simpliciter olea. Quid de oleo ex Oleastris, hoc est ex olivis silvestribus? Puto hoc sufficere, ac legitime adhiberi, quia simpliciter, & in omnium usu oleum est.

2. Dicitur Secundo, ex Balsamo, sive Palestino, sive Syriaco, sive Indico, æquæ enim sunt Balsama, & ita declarasse Paulum IV. Pium I V. Gregorium XIII. & Sixtum V. testantur Bel. l. de hoc Sacr. cap. 8. & Sanch. d. Sacr. d. 3. s. 1. ver. Ad 2. Sufficere autem parum Balsami, quamvis in multo oleo, ita tamen, ut oleæ partes supersint odorem Balsami, notant Castropalaus, de conf. d. 9. p. 2. n. 4. ver. Ad 4. & Hurtadus, de conf. d. 4. ver. Quid autem.

Dicitur Tertio, simul, quia cum Suar. l. c. puto falsam, esse, tum sententiam Caetani 3. p. 9. 72. art. 2. aliorumque paucorum affirmantium, sufficere solum oleum, Balsamumque esse solum de necessitate præcepti, tum sententiam Cami apud Valen. 3. p. disp. 5. q. 1. p. 2. v. Prima ferunt, dicentis, sufficere alterutrum, sive solum oleum Olivatum, sive Balsamum solum. Ratio nostra est, quia visus Ecclesiæ præscribens, requiri utrumque, satis ostendit, utrumque requiri absolute, atque adeo ad valorem.

3. Dicitur Quarto, ab Episcopo Consecrato. Si enim consecratus Episcopus nondum sit, sed solum electus, vel etiam à Summo Pontifice confirmatus, non potest valide exercere ea, quæ pertinent ad Consecrationem quare non potest confirmare.

4. Dicitur Quinto, benedictum ab Episcopo Consecrato; tum non solum Unctio exhibenda est ab Consecrato Episcopo, sed ipsum oleum, Balsamumque, (quod vnioco vocabulo appellamus *Chrisma*) debet esse ab simili Episcopo Consecrato benedictum, secus inepta esset Confirmationis materia, ut est communis doctrina Theologorum cum S. Th. 3. p. 9. 72. art. 3. Ratio autem hujus

doctrinæ efficacior nulla est, (nam aliæ allatæ à Theologis solum congruentiam probant) nisi usus antiquissimus, & continuatus Ecclesiæ.

7. Quare Caët. l. c. art. 3. & Val. e. ver. Ad hoc in primis dum sentiunt, sufficere benedictionem Sacerdotalem contra communem, seu certe contra probabiliorum opinionem sentiunt. Lege Quintanad. de conf. sing. 3. qui invalidè confirmatos esse putavit quosdam, quos Episcopus, quia defecit Chrisma, confirmavit oleo infirmorum; Multoque minus est audiendus Molfesius in Sum. Tr. 4. c. 2. n. 22. dum docet, Confirmatum ex oleo non Consecrato, non iterum confirmandum.

8. Nisi forte Caëtanus intelligat, benedictionem Sacerdotalem sufficere, quando alicui Sacerdoti hanc facultatem benedicendi, seu consuecendi Chrisma Summi Pontificis concessisset; licet enim nunquam legatur id alicui concessisse Pontificem quia tamen legitur (ut mox cap. 2. §. 1. dicemus) simplici Sacerdoti privilegium dedisse confirmandi Fideles cum Chrismate consecrato ab Episcopo; ideo non videtur à Caët. ibi art. 4. in 4. d. 7. q. 2. art. 3. Palud. in 4. d. 7. q. 4. Vigot. de Consecr. in 4. d. 8. Val. 3. p. d. 5. q. 1. p. ver. Deinde dico: denegandam Pontifici, etiam hanc potestatem ipsi Chrisma benedicendi, posse simplici Sacerdoti concedere.

9. Verum, in hoc sunt etiam hi Doctores reiciendi, ut recte notat Suar. de Sacr. d. 3. s. 1. 2. cum aliis, qui hanc potestatem simplici Sacerdoti concedi à Summo Pontifice posse, omnino negant. Si autem hujus rationem quaras, illa est, quia id esset contra usum Ecclesiæ antiquissimum, cuius contrarium non possit vlla ratione, vel testimonio comprobari. Eademque ratio probat Pontificem, non posse dispensare, ut Confirmatio conferatur in Oleo, Balsamoque ab Episcopo nondum benedicto quicquid Palud. Esti. & Campu. ap. Leand. Conf. d. 3. q. 4. in oppositum doceant.

10. Inquires, quia benedictione vii debet in consuecendo Chrismate Episcopus?

Respond. Certum est, Episcopum sub mortali debere usurpare benedictionem ab Ecclesia præscriptam. Ad valorem tamen sufficere, quamlibet Dei invocationem; Doctores advertert, quia credi nequit Christum Dominum formulam aliquam pro ejusmodi benedictione designasse.

11. Inquires iterum. Est ne de necessitate Sacramenti, Chrisma esse novum, hoc est, hoc præsentis anno benedictum?

Respondeo. Ad valorem sufficit Chrisma vetus, nisi sit corruptum. Illud autem, quod totam balsami fragrantiam amisit, satis dubiam materiam esse existimarem. Ad licitum autem usum, debere sub pena peccati mortalis esse novum, monet Suar. d. 1. 3. de Sacr. s. 1. 1. ver. Hic vero. Neque hic apponendam esse puto exceptionem illam (nisi urgeat necessitas) ut apponendam duximus supra in Baptismo, hoc enim Confirmationis Sacramentum non est necessarium, sicuti Baptismus. Quare in dies differri, donec de novo Chrismate providetur, facile potest.